



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1862**

L. Markgraf Ludwig weist die Stadt Frankfurt an, die nächste Rate des Zolles an den Ritter Gewolf von Mersingkofen zu zahlen, am 21. Februar 1344.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55756)

L. Markgraf Ludwig weist die Stadt Frankfurt an, die nächste Rate des Zolles an den Ritter  
Gewolf von Mersinghofen zu zahlen, am 21. Februar 1344.

Ludovicus, dei gracia Brandenburgensis et Lusacie Marchio, Comes palatinus  
reni, Bawarie ac karinthie Dux sacrique Romani Imperii Archicamerarius, Prudentibus viris et  
discretis Consulibus ciuitatis frankenuorde, fidelibus suis dilectis, gratiam suam et omne bonum.  
Vt centum talenta denariorum brandenburgensium super festo beate Walpurgis proxime venientis,  
de Theoloneo Ciuitatis vestre nobis danda et debenda, Strenuo Militi nostro Gewolffo de Mer-  
singkouen detis et sine contradictione qualibet nostri nomine presentetis, Volumus serioseque vobis  
committimus et mandamus. De quibus, dumprimum sibi vel eius certo nuncio satisfeceritis, vos  
quitos presentibus dicimus et solutos. In cuius testimonium sigillum nostrum presenti littere duxi-  
mus apponendum. Datum frankenuorde, Anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> XL<sup>o</sup> quarto, dominica qua  
cantatur Inuocauit.

Nach dem Originale des Stadtarchives Var. 54.

LI. Markgraf Ludwig bittet die Stadt Frankfurt, zur Uebernahme der Mitbürgerschaft für den  
Frieden des Markgrafen mit Böhmen Abgeordnete nach Guben zu schicken,  
am 11. August (1345?)

Ludwicus, dei gracia Brandenburgensis et Lusacie Marchio, Comes Palatinus  
Reni, Bawarie et karinthie Dux, Sacrique Romani Imperii archicamerarius, Prudentibus viris et  
discretis Consulibus ciuitatis frankenfurd, fidelibus suis dilectis, gratiam suam et omne bonum.  
Prout vobis dilectus nobis Guntherus, Comes de Swartzenburg, per Petzkonem Lewen  
vestrum conciuem intimauit, pro pace firmanda inter Regem Bohemie et nos, scientes hanc ne-  
quaquam ad effectum posse produci, nisi per vos et Gubinenfes Consules cum ceteris nostris  
vafallis ex nostra parte, Ex alia vero parte per Consules ciuitatum Sytowe et Görlitz cum va-  
fallis in districtu earundem ciuitatum residentibus, fiat sufficientis caucionis et fideiussionis certitudo,  
Vnde vobis presentibus seriose committimus et mandamus, Quatenus duo saniores de consilio vestro  
cum vestre ciuitatis magno Sigillo ipso die assumptionis beate virginis Marie proxime veniente in  
sero ad prestandum pro nobis dicte pacis tenende caucionem Gubyn sint finaliter constituti. Quod  
si non feceritis, Extunc districtus nostri grauibus poterunt onerari grauaminibus vestra negligencia  
preiacente. Uolumus enim vos a dampnorum oneribus, si qua occasione huiusmodi caucionis illabi  
contingeret, indempnes reddere pariter et immunes. Datum Berlyn, in crastino beati Laurencii.

Nach dem Orig. des Stadtarchives VIII, 2, 6.